



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

D[omi]nica 3. post Epiph. Eua[n]g. Cum desce[n]disset. Matth[æ]i. 8.  
Homili[æ] quin[que] Quinta e[st] de bello [et] militibus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35308**

**Luce. 17.** scere quidem atq; augeri in homine fidē, aperte nos apostoli suo docent exemplo, clamātes ad dominum: Domine, adauge nobis fidem. Fides enim fit & cōficitur ex tribus .i. A deo quidē immediate, quomodo infanti in baptismo infunditur. 2. Ex autoritate dicentis, & sic cum scriptura sacra quippiā refert, fides eidē adhibetur ex scriptoris autoritate, quā ille apud ecclesiā emeruit. 3. Hauritur etiam fides ex miraculis, ut cum Christus apostolos ablegaret in mundum uniuersum prædicare euangeliū, quo ille eorū sermo nouus plane & oībus retro inauditus seculis facili⁹ suscipereſ, addidit doctrinæ nouæ quoq; miracula operādi uirtutē, dicēs: Signa eos qui crediderint, hæc sequent &c. Ex ijs omnibus iam pater, cur, quibusq; modis fiant miracula. neq; enim oēs clamātes ad deū, miraculis iuuātur. pleriq; clamant ad dominum, faue, audi, adiuua: nec tamen aliud audiunt, q̄ quod ille uerbum respōdit matri, Nondū uenit hora mea, nōdum tempus est operādi miracula. Cætera de miraculis require in sermonibus Ascēſionis dñi. Rogemus dominum &c.

**Mar. 16.**

## DOMINICA III.

post Epiphaniā, Euangelium Matthæi VIII.

**Mar. 1.**  
**Luce. 5.**



**Infra. 12.**  
**215.**

IN illo tempore, Cum descendisset IESVS de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus ueniens adorabat eum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Et extēdens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mūdare. & confestim mundata est

lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, sed uade, ostēde te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimoniū illis. Cum autē introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego ueniam & curabo eū. Et respondens centurio, ait: Domine, nō sum dignus ut intres sub tectum meū, sed tātum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nā & ego homo sum sub potestate cōstitutus, habēs sub me milites, & dico huic, uade, et uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiēs autē Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico uobis, non inueni tantā fidem in Israel. Dico autē uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cęlorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus cęturioni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. & sanatus est puer ex illa hora.

Mar. 7.9.

Luce. 7.  
Johan. 4.Luce. 7.  
Luce. 13.Luce. 13.  
Luce. 7.

## HOMILIA .I.

**P**incipium euangelij sic habet: Cum descēdisset Iesus de monte. Intellectus huius euāgelij & miraculorum Christi rationes, ex præcedenti textu emanant, ubi ascendens Christus in mōtem, aperto ore euāgelium nouum, nouam illam legem & testamentū apostolis suis prælegit, prædicauitque aureo plane sermone, quem tribus capitibus, quinto, sexto & septimo, completus est Matthæus, cum quoque sermonem domini in monte dicimus, in quo interpretādo singulare ingenij sui acu

Matth. 8.

Matth. 5.

- men, spūsque sancti sibi cōcessum donum prodidit beatus  
**Augustin.** Augustinus. Finito itaque sermone illo, sequitur euangeli-  
 um hodiernum: Cum descendisset Iesus de monte. Et re-  
**Hierony.** cte nimis ex sententia Hieronymi post prædicationem ac-  
 que doctrinam signi offertur occasio, ut per uirtutum mi-  
 racula præteritus apud audientes sermo firmetur, sicut &  
**Matth. ult.** Marcus de prædicatione apostolorum ait: Domino co-  
 operante, & sermonem confirmante sequentibus signis.  
 Et id sane dño quod fuit conuenientissimū, quod cum uirtus esset &  
**1. Corin. I.** sapientia dei patris, iuxta uocē Pauli, in mōte docuit sapiē-  
 tia diuina, & de mōte descēdēs maxima fecit miracula, ut  
 uirtus dei, id est in p̄sentia plurimæ turbæ, quod sic tandē doctri-  
 nam suam facto mirabili cōfirmaret. Cum enim hoc mo-  
 do diuina maiestas miracula operatur ad comprobatio-  
 nem doctrinæ, oportet etiam utique & ueram esse & infal-  
 libilem, quando deus non potest falsus esse testis, & cum  
 illam supernaturali confirmet operatione, iuxta quoque  
 & uera erit. neminem enim fallit deus. Super hæc quoque  
**Chrysostr.** Chrysostr. Tu, inquit, domini perinde sapientiam,  
 quemadmodum dispensationes suas pro utilitate uariat  
 audientium, ut nunc quidem a signis ad uerba transeat,  
 nunc autē a doctrina migret ad signa. Nam & priusquam in  
 montem præcepta daturus ascenderet, multos utique cura-  
 uit, ut ijs quæ dicenda erant, uiam pararet. & rursus hoc  
 prolixo doctrinæ suæ sermone finito, ad facienda nihi-  
 lominus signa regreditur, ut ex ijs profecto dicta confir-  
 met. namque in ipso sermonis dominici fine Euāgelista sic  
**Matth. 2** ait: Admirabantur turbæ super doctrina eius. erat enim  
 docens eos, sicut potestatem habens. hæc ipsa euangeli-  
 stæ uerba Christus iam nunc implet, cum doctrinā suam  
 operibus exercens, potestatem quoque manifestat diuinā,  
 & hoc illud erat quod deinceps ad Christum dixerūt: De Ie-  
**Luc. 24.** su Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere &  
 sermone coram deo & omni populo.  
 2. ¶ Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eū  
 turbæ multæ. Vulgus hoc erat & plebs hominum bono-  
**Matth. 16**  
**19. 22.** rum, non isti fastuosi & tumētes pharisæi, non magna-  
 tes ex scribis & sacerdotibus qui plerumque aduersati sunt  
 domino, eumque uarijs tentabant quæstionibus & obiecti-

omnibus tantum id unice adcurantes, ut dominum in uerbis suis caperent, doctrinamque illius calumniarentur & cauillarentur. Non autem sic pium istud uulgus hominum, qui ubicumque poterat silenter & clam diuinam eius attendebat doctrinam. Augustinus super euangelium Iohannis quinque rationes adducit, unde moti sint homines ad sequendum Christum. Quidam enim secuti sunt eum, ut sanarentur, sicut leprosi in euangelio: alii ex temeraria quadam presumptione, ut sic miracula quoque eius uiderent: alii ut ab eodem instituerentur & docerentur: nonnulli ut lucrum qualecunque sibi pararent temporale, cuiusmodi erant, quibus dixit dominus: Queritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus & saturati estis. Quidam etiam ut eum apprehenderent & accusarent. Et primi quidem illud ex necessitate fecerunt, secundi ex temeritate, tertii ex charitate, quarti studio quodam priuari commodi, postremi uero ex obstinata malitia. Super his singulis scripturarum adferre exempla facillimum foret, quod ego nunc breuitatis causa superfedeo. Tu tamen sectatores istos Christi tam uarios nomine tuis confer Christianis, qui tamen predicationes ipsi quoque audiunt, & templa ingrediunt: fit illud quidem, sed propter dolor, non in honorem dei, non ex Christiana pietate, disciplina & charitate. Sed de his, uolente deo, alias plura.

Cur homines Christum secuti

Johan. 6  
Matth. 16  
v. 22.

3. ¶ Sequitur iam deinceps: Et ecce leprosus ueniens adorabat eum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Laudat leprosum hunc beatus Chrysostomus, dicens: Magna est prudentia accedentis & fides. Non enim quasi inconfideratus sermonem docentis incidit, nec illud auditorum theatrum importunus intercidit: sed expectauit tempus aptissimum: & descendenti iam ei, opportunissime supplicauit. Quia enim tempus est omni rei sub caelo, tempus doctrinae, tempus curationis, in monte docuit, animas curauit, corda sanauit, quibus expletis (nam sicut de celestibus moribus diuinitatis suae ad saluandam fragilitatem nostram, sic descendit de monte infirmos curare) aduenit leprosus, adorans eum, credens in illum, profitens eum esse deum. ita enim preceptum est in lege: Dominum deum adorabis, & illi soli seruias. Neque uero simpliciter & nude adorauit dominum, sed etiam, ut quidem

Matth. 8

Chrysost.

Origenes

Deut. 6.

- Marcus cōmemorat, procidit ante illū flexis genibus, sicut ut edoctus erat à psalmista dicente: Venite, adoremus & procidamus coram domino. Venit itaq; (ut inquit Origenes) leprosus, & adorabat eum. antequā peteret, adorare cœpit, cultū ostendens, sicut & magi tres procidentes adorauerunt Christū adhuc paruulum, & tunc demum obtulerūt munera sua. Quid multa? leprosus iste Christum & deum agnouit & dominū suum, qui plenissimam rerū omniū haberet potestatem. Et hanc quidem illius perfectam fidem perspicere licet, non tantū ex operibus, cū legitur procubuisse, Christūq; adorasse, uerū etiam nō paulo apertius ex eius sermone, quod sane egregie expendit Chrysofostomus, cuius hæc sunt uerba: Nō dixit ille, Si deum oraueris, potes me mundare. neq; ait, Domine munda me: sed ipsi cuncta commisit, eumque conferendæ sanitatis dominum esse confessus est, atque in ipso constituit omniū potestatem, cum diceret: Domine, si uis, potes me mūdare. Volūtas tua opus est, & opera tuæ uolūtati obediunt. unde fit ut neq; de uirtute, neq; de potentia tua quam addubitem. tantū uolūtatē peto, imploro & appello tuam. Si uis igitur domine, potes utiq; me sanare, idq; in rem & commodū uitæ meæ, in honorem & gloriā nominis tui, & ijs qui spectatores erūt, ad miraculū & incrementū doctrinæ tuæ. Ecce enim uerū est quod ait Hieronymus, eum qui uolūtatē rogat, de uirtute non dubitare. sed & fides huiusmodi proprie in ipsam dirigit deitatem, quæ sola est omnipotens. Itaq; & Mardocheus dicebat: Domine domine rex omnipotēs, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere uolūtati, si decreueris saluare Israel. Similiter & David: Oba quæ uoluit dominus, fecit in cælo & in terra. Neq; uero appēdix ista, Si uis, aliqua est uolūtatis huius diuinæ in Christo extenuatio, q̄ si cogitārit ille apud se, uolūtatē Christi non esse ad omnia bona pararam: uerū quia nec semper, nec omnibus ista corporis sanitas ad animæ prodest salutem, ignorabat ille an sibi profutura esset ista lepræ suæ mundatio.
5. ¶ Extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: *Uolō, mūdare.* (imperatiuus hic est passiuus). Duo autē expri-

Mar. 8.

5. ¶ Extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: *Uolō, mūdare.* (imperatiuus hic est passiuus). Duo autē expri-

mit Euangelista, ꝓ Christus & extensa manu tetigerit le-  
 profum, & uerbis quoq; ad hoc sit usus, quibus factum est  
 ut ille sanaretur. Cum uero Christ<sup>9</sup> uel unico uerbo, imò  
 nuda solo illum sanare potuisset, sicut iam de omnipotē-  
 ti illius dictum est uoluntate, non temere factum est uti-  
 que quòd insuper eum tangere quoq; uoluit. Et eius qui-  
 dem rei rationem geminā reddit Chrysostr<sup>9</sup>. alteram, **Chrysostr<sup>9</sup>**  
 ut hinc quoq; ostenderet, non se subditum legis esse, sed  
 dominum. in lege enim leprofus pro immundo reputa-  
 batur, præceptumq; insuper erat, ne quicq; tāgeretur im- **Leui. 13**  
 mundum. unde quisquis in ueteri testamēto tetigerat le-  
 profum, eum mundari rursus oportebat ex lege. Altera  
 itaq; istius ex hoc causa pendet, ꝓ declarare uoluerit o-  
 mnia esse mundis munda. Quis ex multis adhuc ista q; q;  
 adsignari potest ratio, ꝓ per hoc filius suam illam quam  
 susceperat humanitatem, coonestare dignatus est. licet  
 enim miracula illa uirtute operabatur diuina, tamen in  
 forma faciebat humana, uelut per instrumentū illud su-  
 um. Et sic corporaliter extendit manum, ad designandā  
 manum illam sublimem dei. siquidem is scripturę mos ē,  
 ut uirtutem & potentiam dei manum appellet, sicut & **Manus**  
 malefici Pharaonis dicebant: Digitus dei est hic. & Chri- **Dei.**  
 stus in euangelio ait: Si in digito dei eicio dæmonia, pro- **Exodi. 8.**  
 fecto uenit in uos regnum dei. Verum tu non de solo di- **Luce. 11.**  
 gitro, sed etiam manu dei scripturę testimonia requiris.  
 En hæc quoq; tibi ad manum, ubi in Esdra legimus: Ma- **1. Esd. 8.**  
 nus dei nostri est super omnes qui quærunt eum. Et in li-  
 bro Regum, Aggrauata est manus domini super Azoti- **1. Reg. 5**  
 os, & demolitus est eos. Sed & Dauid quoq;: In manu tua **Psalm. 96.**  
 inquit, domine sunt omnes fines terræ. Dum igitur le-  
 profum manu sua tangere dignatur dominus, ostendere  
 uult diuinitatem miracula ista operari, quę humanæ na-  
 turæ erat unita. Alia quoq; causa dari potest, cuius & ipse  
 meminit Origenes, quamobrem tangere leprofum uo-  
 luerit, ut nimium humilitatem demonstraret, nosq; do- **Origenes**  
 ceret nullum spernere, nullum horrere, nullum cōtem-  
 ptibilem ducere propter corporis læsionem aut macu-  
 lationem, sicut Iob dicit: Visitans speciem tuam (hoc est, **Iob. 5**  
 hominem, qui est eiusdem speciei tecum) non peccabis.

Laudatur in hoc Elizabeth, q̄ maximam charitatem habuit & exercuit cum pauperibus, eorumq̄ non tantū lauit, sed & exosculata est cicatrices & loca. Refert q̄q̄ cantor Parrhisiensis fuisse sacerdotem, qui usq̄ adeo abhorruerit & auersatus sit leprosos, ut eis etiam sacramentū dlatere tantum per foramē porrexerit, ipsumq̄ deinceps eo latere factū leprosum totū, q̄d añ a leprosis auerterat.

2. Reg. 5.

¶ Et hinc iam sequitur, quāuis Eliseus leprosum istū sanauit Naaman, nō tamen uidit eum neq̄ tetigit, sed tū uerbo illo curauit, cum diceret iuberetq̄, ut se prius se lauaret in Iordane. Christus uero quia hic leprosum tetigit, non tamē idcirco arguendus est Eliseo imperfectior. Nōrat enim Eliseus, q̄d ipsum solo non posset sanare cōtactu, ideoq̄ eum misit ad Iordanem, qui tunc typum gerebat sacramenti baptismatis, ubi & septenaria lotio septem significabat dona spiritus. Voluit igitur exēplo illo declarare deus, quantū uirtutis habiturus esset baptismus in spirituali ista animę lepra expurgāda. Verū Christus iam hic ut uerus sacramentorū originū dominus, & a quo sacramenta uirtutē suam sortiuntur omnia, illiusq̄ amarissime ferunt acceptam passioni & morti, declarare dignatus est se potentiā suam nō alligasse sacramentis, nolēs ideo leprosum istum quoc̄q̄ ablegare, sed sola omni potentia sua sanauit eū. Deinde hinc quoc̄q̄ sequitur, cur nam contra inhibitionem legis Christus leprosum tetigerit, nimirum quoniā non literam legis, quæ leprosum tangi uetuit, respexit ille, sed uoluntatē legislatoris, qui istud cavit, ne sani quoc̄q̄ inficerentur ex leprosi cōtactu. contagiosa enim est lepra, & ab altero in alterum facillime transit. Cum itaq̄ Christo nihil uitij seu contagij iste contrahebat attractus, sed hoc modo magis immunditię leprę curabat, usq̄ adeo legem in hoc non soluit, ut etiā

Johan. 5.

impleuerit, sicut & apud Iohannem dixit: Opera quę facio, testimonium perhibēt de me. Habes huius quoc̄q̄ rei in ueteri testamento exemplum, in quo quis lege cautū erat, ne quis mortuum tangeret, eo usq̄; ut quisquis illud fecisset, haberetur immundus, eo tamen non obseruato,

3. Reg. 17.

Elias mortuum uiduę filium nō leniter tantum tetigit,

4. Reg. 4.

sed etiam expandens se, mensus est super puerum. simili



ter & Elifeus, sine omni legis uiolatione.

¶ Postremo iam quid Christus dixerit, attentius audire: Volo, mundare. Quod sane signum euidentis est, non fuisse hic inuidos istos & liuore tabidos pharisaeos, qui si interfuissent, nunquam sibi temperassent quin dixissent: Ve quid haec facis? cur leprosum contra legem tangis? Quia igitur ex tanto populo, inquit Chrysostomus, nullus accusat, neque erant ibi corrupta iudicia, neque spectatores liuore uitiati, ideo ad confirmandam leprosi simul & turbarum fidem, Volo, inquit. Vbi rursus ait Chrysostomus: Certe tot signa & talia operatus est, nunquam tamen hoc uerbo usus refertur: uerum tamen non male conueniebat petitioni ipsius leprosi, qui quia dixerat, Domine, si uis: recte respondit ei dominus, Volo. simpliciter etiam uoluntatem medici appellanti leproso, & de potestate nihil dubitanti, cum diceret, Potes me mundare, respondit rursus Christus: Mundare. Neque enim ut hic probat Hieronymus, iungendum est, iuxta quorundam latinorum sic legentium opinionem, sed separatim legendum, ut primū dicat, uolo: deinde imperet, mundare. quasi diceret Christus: Potentiam meam confiteris & uirtutem, & tamen imploras uoluntatem. magnifice credis, magnifice & mundaberis. non dubitasti tu credere, non morabor te sanare. quia igitur non distulisti confiteri, non differam ego te mundare. confiteris potentiam, precaris uoluntatem. En itaque uolo, mundare. O responsum propiciū, o uerbum piū & clemens, o pensam dei uoluntatem, quae nobis omnia & bonorum & quaecumque in bonum cedunt, causa es & ratio certa. Consideremus autem & nos fratres charissimi, ut nullus peccati lepra in sua habeat anima, ut nullus contaminationes delictorum in suo retineat corde. Quod si autem quis peccator adhuc grauiter est onustus sarcina, incumbens in terram cum leproso, adoret dominum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. tu regem mundasti Manassem, qui in multis multum deliquerat: tu Dauid ad ultimum & homicidii reum expurgasti: tu Petrum a negatione, Magdalenam peccatricem a peccatis omnibus, latronem quoque in cruce sero penitentem, suscepisti, & a sceleribus emundasti: tu alios innumeris ex mundi naufragio ereptis, gratiam & misericordiam tuam clementer impendisti. Si uis igitur domine, potes & me mundare. Tunc enim clementer, ille dominus Iesus Christus tibi quod

Chrysostomus

Hieronymus

Origenes

2. Para. 33.

2. Reg. 1.

Luce. 7.

Luce. 23.

manum pietatis suæ porriget, dicetq; tibi: Volo, mundare. Credidisti, unde etiam sanus efficieris. & quia sperasti, mundatus es, hic quidem per gratiam & charitatem, illic uero in futura felicitate munditiæ uitæ consecutus æternæ. Amen.

## HOMILIA SECUNDA

dominicæ tertiæ post Epiphaniam domini.

**L**eprosum quendam præsens nobis proponit euangelium, qui fide forti & constanti ad dominum uenit, ex eo sanitatem petens morbo detentus naturaliter incurabili. venit inquam ille ad dominum magna præditus deuotione pariq; labore, dum illum ut deum suum adorat, ut creatorem ueneratur, flexisq; genibus, & super faciem suam (quemadmodum Lucas refert) iacens, clamat.

**Lucæ. 5.** Domine, si uis, potes me mundare. Suo nos ille sane docuit exemplo, quomodo nos quoq; in omnibus orationibus nostris nosmet debeamus conformare uoluntati diuinæ: nec petere quicquam nisi iuxta uoluntatem illius, quodq; faciat ad laudem dei & commodum nostrum. Videamus enim hic Christum cōsensisse in preces huius leprosi, & sic potenter imperasse sanitatem: cui sane imperio & statim paruit creatura, & illum etiam naturæ agnouit creatorem, quod nobis euangelista indicat, dicens: Confestim mundata est lepra eius, quod & argumentum certum est, uera fuisse uerba domini, cui alias paritura natura non fuerat, neq; cessura, si quam non habuisset deitatem, sibi uendicasset. Celerius autem cessit hic natura dei, quam potuerit euangelista exprimere. Nam confestim quoque ipsum, multo est tardius, illius operis celeritate, quo leprosi facta est curatio. Nunquid enim deo (ut ait angelus ad Abraam) quicquid est difficile aut nonne sapientis illud uerissimum est dictum? Neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia: Tu es domine qui uitæ & mortis habes imperium, & deducis usque ad portas mortis & reducis. Idq; euidentis fuit suæ diuinitatis argumentum, quod apparet eum uirtutis & potentiae fuisse tam infinitæ, cum omnes creaturæ in tempore operentur & successiue, non instantaneæ, sicut hic simul hæc

**Chrysost.**

**Gene. 18.**

**Lucæ. 1.**

**Sapient. 16.**

**1. Reg. 2.**

facta sunt omnia, quod loquente domino cessit lepra, & sanatus est ille.

2. ¶ Tria iam porro Christus leproso iniungit munito, ne cui quod secum factum est dicat, ut se sacerdoti ostendat, & offerat munus suum. Quoad primum, inquit sanctus Hieronymus reuera necessarium non fuisse, ut ille sermone manifestaret, quod corpore præferbat. Quasi & ipse dominus diceret: Non est quod tu miraculum undique celebrans exclames: illud enim te tacente per se clamabit & loquetur mirifice. Verum cur silentium ei præcepit Christus, causam refert Origenes huiusmodi, dicens: Quare o dulcissime dñe nunc dicis nemini dixeris? Propter meam ait humilitatem, propter meam dulcedinem, ut & uos doceamini, quando aliquid boni facitis, non gloriari, non extolli, non inaniter placere uelle in conspectu hominum. sicut consuetudo est quibusdam, siue cum aliquid boni fecerint, siue cum ieiunauerint, siue in pauperum elemosynis & largitionibus, siue in altaris honore, siue in sanctorum honorificationibus. Etenim ipsi ante homines uolunt glorificari & sibi placere, ante deum mercedem perditentes. Verum hic obstrepes forsitan, cur Christus hic celare miraculum iusserit leprosum, cum tamen contra angelus dixerit ad Tobiam: Opera dei reuelare & confiteri honorificum est. Quomodo Christus ipse ceco dixit apud Iohannem: Da gloriam deo. Si quis autem miraculum aliquod dei celat & occultat, non dat illi gloriam. Simili quoque exemplo Christus præcepit discipulis Iohannis: Ite, renunciate Iohanni quaecumque uidistis & audistis: caeci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur &c. Sed & Isaias dicebat: Cantate domino quoniam magnifice fecit, adnunciate hoc in uniuersa terra. Quamobrem igitur Christus hic leproso miraculi tanti iniungit silentium, quod ille eum etiam non seruaturum sciebat? ipse namque iuxta testimonium Marci, egressus cepit prædicare, & diffamare sermonem. Responderi ad hoc potest, primum non absolute omnino Christum hic illi præcepisse miraculi huius silentium, sed eo usque tantum, dum reliqua duo perageret. Profecto enim si ille iam statim miraculum istud prædicare cepisset, sacerdotes qua erant in Christum præditi inuidia, eum ad iudicium mundationis non admissu

Hierony.

Orige.

Tobie. 12.

Johan. 9.

Luce. 11.

Isaię. 12.

Marc. 1.

ri erant. Altera uero causa Chrysoſtomi eſt, cui etiã iſta prædicta non placet, cum ait, leproſum illũ uſq; adeo in-  
**Chryſoſt.** gerrime fuiſſe iam à Chriſto mundatum, ut nõ potuerit  
 mundatio iſta à ſacerdotibus quantumuis maleuolis in  
 dubio poni. Non enim ſic eum ille mundauerat, ut mun-  
 datio ipſa eſſet ambigua: ſed & perfecte omnino munda-  
 uit, & nulli etiã hoc eum iuſſit fateri, docens quã eſſet  
 alienus ab aura gloriæ pompãq; iactantiã. Et certe noue-  
 rat, quia non eſſet ille taciturus, ſed paſſim tam grãde be-  
 neficium prædicaturus: & tamen quantum in ipſo eſt, ſu-  
 git oſtentare qd fecerat. Neq; ſemetipſum prædicari iuſ-  
 ſit, ſed dari gloriã deo, ut & per ipſum gloriã atq; ia-  
 ctantiã renunciandũ doceret: & per illum quẽ à legione  
**Johan. 9.** mūdauerat, gratias nos deo referre commoneret, eiũq;  
 beneficia conſiteri. Simul etiã nobis hic commēdauit hu-  
 militatẽ, cum uetuit ſemet laudare & extollere. Pulchre  
 hoc multis in locis exaggerat & declarat beatus Auguſti-  
 nus, dicẽs: De bonis & præclaris dei donis nemo gloriari  
 temere debet. prona enim hæc eſt hominibus ad peccan-  
 dum uia, & ſi leproſus ille mundatus proprium ſuum in  
 hac re quæſuiſſet honorẽ, q̄ſi is ipſe fuerit præ tot lepro-  
 ſis dignus, qui à domino ſanaretur, deum iſta tam teme-  
 raria & inſolẽti ſuperbia multum offendiſſet, cum ſoleat  
 ferẽ uanam huiusmodi de ſeipſo gloriatiõẽ futillis quæ-  
 dam comitari arrogantia, ſicut teſtatur Paulus: Si gloria-  
**2. Cori. 12.** ri oportet, non expedit quidẽ. Huius etiam uanæ glorio-  
 læ incommodũ non paruum ſenſit rex Iezechias, qui cũ  
**3. Reg. 20.** nuncijs regis Merodach argẽtum ſuum & aurum totum,  
 omniãq; quæ in theſauris ſuis habebat oſtẽdiſſet, & ſe, &  
 hæredes ſuos bonis illis omnibus priuauit. non enim bo-  
 na tantum abrepta ſunt, ſed & hæredes in captiuitatẽ du-  
 cti, ſicut eis prædixerat Iſaias propheta. Loquẽs igit̃ do-  
**Matth. 13.** minus in euangelio de theſauro, inquit, hunc quiſquis in-  
**Job. 4.** uenit, abſcondit eum. & Iob quoq; dicit: Ad me dictum e-  
 uerbum abſconditũ, & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea  
 uenas ſuſurriũ eius. Breuiter itaq; põt homo dona dei ce-  
 lebrare in honorem ipſius, & ædificatiõẽ proximi ſui,  
 cauere tamen debet, ne quicquam uel ſuperbiã leuioris,  
 uel uanæ gloriæ ſibi inde quærat. Tertia adhuc cauſa à

quibusdam ad signatur huiusmodi, quæ admodum nonnūquam præceptum sine præcepti forma scribitur, sicuti cū apud Marcum legitur, q̄ non sinebat dæmonia loqui, sensus est præcepisse eum illis ne loqueretur. Ita nonnunquā in modum præcepti, quod tamē præceptum nullum est, proponitur, sicut hic uetuit Christus ne leprosis cuiquā ediceret miraculum, non eo utiq; animo, ut ille plane ne mini diceret, sed ut sic nos doceret Christus omnē uanā gloriā tum uitare undiq; tū oblatā quoq; recusare.

2. ¶ Satis iam hætenus primo isto præcepto explicato, secundum nunc quoq; uideamus, cū dixit Christus: Vade & ostēde te sacerdoti. legis ista Mosaicæ particula erat, sicut in Leuitico legimus, ubi obedientia docetur & cultus diuini obseruatio. Huiusmodi obseruationes Mosaicæ usq; ad passionē & mortē Christi durauerunt, estq; in eo cōcors omniū ferme doctorū sentētia, q̄ hic leprosum istū dominus ablegauit ad legē, iussitq; facere ad præscriptū illius: quoniam leprosus ille iam mundatus, adhuc sub iugo legis erat, cui Christ⁹ non subiiciebatur. Origenes dicit: Vade & ostēde te sacerdoti, ut ille uidens cognoscat, quia non per legis cōsuetudinē mundatus es, sed per gratiæ operationē: non per terrenorum sacerdotum imaginem, sed per cælestē summi sacerdotis splendorē. Chrysostomus quoq; rationes aliquot adfert, quas tamē hberius adhuc & cumulatius refert beatus Hieronymus, dicens quatuor de causis Christum illum à lepra mundatū misisse ad sacerdotē, primum, ob humilitatē, ut sacerdotibus honorē deferre uideatur. eos enim ille honorifice semper tractauit, iussitq; hoīes secundum doctrinam eorum, non uitā ambulare, quīs isti uicissim Christum summa prosequerant inuidia. Sed & morti iam passioniq; sue proximus, ductus ad sacerdotes, nullū eis uerbū respōdit durius, utut Annas & Caiphas nullus essent momēti ac precij, uiri iniusti oīno & pditi malitia. Deinceps q̄q; lege Mosaica iam plane emortua, cum post ipsam Christi passionē simul & ascensionē Paulus in cōcilium ductus, & iā loquēs corā pontifice Anania, cæsus in faciē dixisset, Percutiet te deus paries dealbate, & corrept⁹ sup hoc esset à circumstantibus, respōdit: Nesciebā fratres, q̄ princeps est

Mar. 7

Leuit. 14

Origenes

Chrysost.  
Hierony.

Matt. 23

Actus. 23

Exodi. 21

- sacerdotum. Scriptum est enim, Principi populi tui non maledices. Ita iam hic quoque Christus eis ora obstruxit, ne haberent quo cauillarentur ipsum debitum sacerdotibus non tribuisse honorem. Opus igitur illud ipse quidem impleuit, ut ait Chrysostronus, probationem uero illis reliquit, quibus etiam de signis suis iudicandi tribuit potestatem. Secunda causa, cur mundatum illum Christus ad sacerdotem ablegarit, est, ut mundatum uidentes leprosum crederent saluatori & seruarentur. Tertia, ut non credentes etiam inexcusabiles tamen forent, sicque ob suam infidelitatem merito damnarentur, sicut & apud Iohannem dixit: Si non uenissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberet, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberet, nunc autem uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Quarta & ultima ratio illius haec est, ne non satis miraculum istud firmaretur, neue ipsum quisquam phantasia, elusionem aut magicum quiddam esse arbitraretur. Voluit itaque testimonio etiam sacerdotum, illum mundatum & sanum agnoscere. Vnde & Marcus habet: Vade & ostende te principi sacerdotum.
3. ¶ Tertio iam loco praecipit quoque leproso mundato Christus, ut offerret munus suum, quod praecipit Moyses in testimonium illis. Et munus quidem illud satis patet ex Leuitico, ubi in sacrificio leprosi exprimentur passeres duo uiui, lignum cedrinum, uermiculus & hyssopus. Dicit hic Origenes: Ne uidearis sacerdoti manu uacua ad eum uenire, non uenias in conspectu sancti templi infructuosus, sed offeres munus tuum. Nam quod ad illum tunc dictum est, nos omnes admonet. ad illum loquens, nobis omnibus dicit, ut & nos dona & munera nostra non teneamus apud nos, sed reddamus deo, maxime cum liberamur de aliqua tribulatione. Et nos igitur dilectissimi domino nostro aliquando erepti ex necessitate & periculis, meminerimus huius praecipiti, ne & nos ingrati simus, redemptoris nostri ne obliuiscamur, quin potius alacres & laeti gratias illi agamus, munera pro facultatibus nostris offeramus. id a deo ipse a nobis exegit, hoc mundato isti quoque praecipit & iniunxit. Vade, ingens, offer

munus tuū quod præcepit Moyses. Cuius tu si forte præcepti rationem quæris, respondeo illam iam esse auditā, quoniam Christus nec legem soluere, neq; sacerdotes debito uoluit priuare honore. Quamuis aliam adhuc causam Beda reddit, dicens, Si quem moueat, quomodo dominus cum uideatur Moyfi sacrificium adprobasse, id ecclesia non recipiat, meminerit quod nondū Christus corpus suum obtulerat per passionem in holocaustum. Non oportebat autem significantia sacrificia auferri, priusq; illud quod significabant, confirmatum esset testimonio apostolorum prædicantium & fide credentium. Quod autem addidit Christus, in testimonium illis, uarium habet intellectum, Alij enim ad Moysen referunt, qui istud præcepit in testimonium, ita ut munus illud mundatis ueluti testetur sanitatem iam restitutam, in quod testimonium iam hic quoq; munus suum offerret. Augustinus uero & Chrysostomus alium hic sensum requirunt, non quod Moyses præcepit munus illud offerre, sed quia CHRISTVS præcepit illis in testimonium offerre munus, quod iam olim offerri iusserat Moyses. & tunc intellectus hic est, quod CHRISTVS præcepit offerre in testimonium illi, hoc est, in accusationem & condemnationem. Cum enim sacerdotes plurimū calumniarentur dominum, sicut in euangelio sæpe factum legit, quasi ille legi Mosaicæ aduersaretur, uoluit iam munus illud eis esse in testimonium, ut inde saltem cognoscerent & iniustos esse se, & merito ideo à deo corripi. Qui sane non infrequens scripturæ sanctæ mos est, cum sic in libris quoq; Numerorum habeamus, Refer uirgā Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel. Quomodo alibi etiam Moyses dixit: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis domini dei uestri, ut sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. En hic tibi librum legis positum in testimonium, ut quisquis illum transgrediretur, testem iam haberet eum contra se, quomodo ipse ex præscripto & dictamine legis puniri deberet. Origenes quoque ad eundem penè modum concludens, dicit: Offers

Beda.

Augustin.  
Chrylost.

Johan. 7.

Testimo-  
nium.

Nume. 17

Deute. 31.

Origenes

munus tuum, ut omnes qui uident te portare & offerre, credant ihs mirabilibus & magnificent deum, qui miser-  
 tus est tui, & infidelibus per hoc increpatio & testimoni-  
 um duritiæ cordis ipsorum fiet. Sic & illū triginta octo  
 annis iacentem in infirmitate erigens à languore, iussit  
 portare grabbatum, & ire in domum suam, ut hunc ipm  
 lectum portando per mediam ciuitatem, laudaret & in-  
 uocaret eum qui ipsum sanârat. Hoc modo & istum à na-  
 tiuitate cæcū misit in piscinam Siloæ, ut sic hoies uidētes  
 cæcum per medias plateas abire ad lotionem piscinæ, &  
 uidentem reuerri, ipsi quoque admirantes crederent in  
 eum, qui talia operabatur miracula. Sed nunc demum  
 aliquid spiritualis quoque sensus super hac lepra adfera-  
 mus. Vbi cum alij aliter sentiant, Beda quidem lepram  
 istam, falsam intelligit, erroneam & hæreticam doctri-  
 nam. Hanc ego contagiosam lepram in alium locum cō-  
 modiozem relinquo, ubi latius liceat scabiem istam (sed  
 quid scabiem dico, contagionem quauis adhuc lepra pe-  
 stilentiore?) Lutheri, Zuinglij & aliorum hæretico-  
 rum perfricare & deterere. Leprosus, sic genus designat  
 humanum. omne enim peccatū lepra quædam est & im-  
 mundities animæ. sunt autem homines peccato pleni,  
 sicut hunc leprosum plenum unūque lepra Lucas com-  
 memorat. Peccauerunt insuper homines omnes, & plu-  
 rimum quidem indigent gloria dei, adeo ut infans unius  
 diei quoque mundus & à peccato immunis non sit. At  
 quomodo nos gloria dei indigemus? ita nimirum, ut ex-  
 tenderet manum suam, ut naturam susciperet humanam  
 filius dei. is enim brachium est patris, sicut habet scri-  
 ptura, Fecit potentiam in brachio suo. & alibi, Brachi-  
 um domini cui reuelatum est? Factum id est, cum filius  
 ille dei naturam rangeret humanam, ut sic illa munda-  
 ta à miraculis & uanitate ueteris liberaretur erroris.  
 Nanque cum procumbens peccator sese coram deo hu-  
 miliat omnipotente, morbum illi suum aperit, fatetur  
 defectum, & opem implorat medicinæ. Tunc deus pro-  
 tensis manibus auxilium illi mittit gratiæ suæ: statimq;  
 ipse absolutionem & indulgentiam peccatorum suo-  
 rum consequitur. Verum nondum hæc satis, adhuc est

Beda.  
 Lepra hæ-  
 retica.

Lucę. 5.  
 Roman. 3  
 Job. 15.

Lucę. 1.  
 Isaie. 53.



quod te sacerdoti exhibeas, confitearis illi peccata tua, quisquis peccatorum es lepra pollutus, non iuxta sceleratam neochristianorum pertinaciam, uirtutem passionis CHRISTI in sacro pœnitentiæ contemnens. Cum enim patribus iuxta Paulum omnia contigerint in figura, hanc quoque exhibitionē sacerdotalem reuera impleri oportet in nouo testamento. impleri autem nullibi potuit nisi in confessione, sicut aliās ad longum docebimus. Nunc interim sufficiat ostendisse eum, qui in templo iam est mundatus, se quoque præsentare debere sacerdoti, & sic reconciliari ecclesiæ, offerreque munus domino deo suo. Non autem sacrificia uel ipsum offerendi morem commenti sunt & inuenerunt sacerdotes, quod quidam de religione & pietate male sentientes, impie calumniantur. Deus ille uiuus qui cælum creauit & terram, in rem & utilitatem hominum sacrificia & oblationes huiusmodi instituit, præcepitque ut sic illum colerent, maiestatem eius uenerarentur & adorarent, maioraque ex ipsius bonitate suscipere beneficia operibus bonis promererentur. Neque est quod eum qui uel oblationes recipit, uel etiam male absumit, consideres. Ecce enim non sacrificus, sed CHRISTVS ipse dicit: Offer munus tuum sacerdotibus qui in templo sunt à deo ordinati & instituti, illis offer. Oblationes istas si ipsi male impenderint, uæ illis rationem istius in extremo iudicio reddituris. Verum nos iam enixe deum obsecremus, ut super nos quoque manum immensæ suæ misericordiæ extendat, unde nos quoque emundemur, & meritum passionis ac mortis domini nostri Iesu Christi in sacramento pœnitentiæ, cum nos exhibemus sacerdoti, liberet & expurget nos à lepra peccati, à pœna & culpa: ut sic domino deo nostro offerre possimus perfectus animusque nostrum, sacrificium uerum & uiuum: & tandem peracta hac miserrima uita, uitam adipiscamur æternam. Id adeo uobis mihique concedat omnipotens & misericors deus, in secula benedictus, Amen.

1. Cor. 10.

Leuitic. 2  
totum.



rum interpositionem ambitionis arte perringunt. Si ergo ipsa peruentio usitate dicitur per alios fieri, quanto magis accessus per alios fieri potest? Atq; Chrysoftomus *Chrysoft.* de eodem hic in Matthæo & ibi in Luca dici arbitratur: Duo, inquit, hic nobis Lucas ostendit, quanta sit Iudæica adulatio, & q; calamitate oppressi homines, mō hoc, modo illud consilium anteponunt, quare uerissime mihi uideretur, cum uoluisset ad Iesum proficisci centurio, detē tum à Iudæis fuisse, qui ei assentarentur atq; dicerēt: nos ibimus, & adducemus eum, quod ita esse perspicias, si plenam assentationibus orationem eorum diligentius considerabis. Non est absurdum, missos esse primo aliquos q; dicerent illud: deinde quoq; ipsum accessisse, ac per se iterum eadem dixisse, scilicet, Non sum dignus. Porro digressis ab illo centurione Iudæis, ipse demum fidem suā ostēdit, neq; uoluit dominum uenire in domum suam, qn potius ad dominum abiit, quod hic Matthæus refert, communi omnium euangelistarum more, ut quod unus omī sit, suppleat alter: *Zezech. 1.* sane rota illa est in rota, quam uidit Iezechiel in figura euangelistas significante. Ad hæc, ut maxime ita sit, tantumq; ad Christum seniores miserit centurio, neq; ipse uenerit ad eum, tamē altiore alquanto sensum indicauit Matthæus, dicens: Accessit ad eū centurio. quoniam David quoque ait, *Psalm. 33.* Accedite ad eum & illuminamini. *Augustin.* Cum enim centurio fidem tantam habuerit, sicut ob id commendatur à Christo, prudentissimus ille euangelista potius dixit ipsum uenisse ad Christum quàm missos seniores, qui tantum fidei non habuerunt. Quo modo & tangente muliere fimbriam Christi, *Luce. 8.* quamuis multa Christum turba premeret, ille tamē interrogauit, quisnam se tetigisset. Quid ita? ideo nimirū, quod cæterorum contactus fide carebat, ideoq; Christo curæ non erat, illa uero quia magna fiducia Christi fimbriam tetigerat, factum est ut de ea quæreret dominus. Ita hic quoq; quanto perfectius credidit centurio, tanto rectius dicitur eum ad Christum accessisse.

¶ Neq; uero mutus ad dominum uenit tantum, rogauit insuper eum, dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Multi, inquit Origenes *Origenes*

nes, in illo tempore pro diuersis rogabant infirmitatibus, alius, p filio, ali<sup>o</sup>, p aliq alio, nullus pro seruo nisi iste solus, cogitans utiq; apud se, Ecce mihi iste seruus est, & ego seruus sum creatoris: iste me habet super terram dominum, & hunc magnum in cælis habeo dominum. Si ergo nō misereor, quō ille mihi miserebitur? Si ergo huic non subuenio, quomodo ille mihi subueniet? Sic debent omnes qui famulos habēt & famulas, cogitare, sic miseri, sic condolere eis, sic supplicare, sic curam habere de seruis suis, sicut & ille beatus cēturio. Ideo grauitur peccant omnes immites domini, qui cum ipsis ex familia aliquis ægrotat, eum uelut in exilium ablegāt misere, ignarum etiam quō pergat. nō sic bonus iste cēturio fecit, sed dixit, iacet in domo. Istiusmodi durissimi domini Abimelech magis sequuntur, qui seruum suum uixdum morbo correptum deseruit: quā Dauidem, qui ea non fuit impietate præditus, sed eum refocillauit. Sed & Paulus dominis præcipit clementiam & benignitatem, dicens: Vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum & uester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud deum. Debet enim herus seruum seu quemlibet ex familia sua fidelem pie & humaniter tractare, non duriter in omnibus & rigide accipere, sicut Sapiēs quoq; docuit: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta, quod sane ille fecit centurio, qui seruo suo fuit humilimus, ipsumq; fratris loco habuit: nullam existimans, ut inquit Chrysostr. differentiam inter seruum & dominum: quia etsi dignitas diuersa est in hoc seculo inter illos, una tamen est illis natura. fidelis ei quoque extitit, pro quo supplicabat tam fideliter non sine illius laude quoque, cum dicat Lucas fuisse eum illi preciosum. Condolebat illi, quem torqueri grauitur adeo conquirebatur, cuiusque tam proprie exprimebat dolores, inquit: Puer meus iacet ægrotus, decumbit totus: neque uenire huc ad te potest, quia paralyticus, iamque adeo moriturus. Quamuis autem uarie eueniant in membris paralytes, grauissima tamen est quæ ex cerebro descendens, membra omnia penetrans, secūmque in ea dolores im-

1. Reg. 30.

Eph. 6.

Ecc. 33.

Chrysostr.

Luc. 7.

mensos inferens, tremere ipsa quoque facit, adeo ut nec moueri queant, nec sentire quicquam, ut quidem medici tradunt. Vnde ille addidit quoque, male torquetur. O nos miserimos & infelices, si quando ægrotare cœperimus, eoque infeliciores, quod miseriam nostram ipsi dum recte ualemus, non cogitamus.

3. ¶ Dux iam hic emergunt quæstiones ex uerbis centurionis. Prior, cur tandem ille puerum suum neque secum adduxerit, neque adportari curarit ad dominum, quod alij plerique fecerunt, neque testo parcentes, quin illo sublato, ægrum demitterent ante dominum. Posterior, unde factum sit, ut nihil ex Christo perierit ille centurio, sicut leprofus ante fecerat. Ad illam quidem facile dici potest, cum ita puer decubuerit æger, ut morti iam esset uicinus, satis per hoc excusatus fuit centurio, cur non adduxerit puerum, cuius ingētes dolores Christo tantopere ostēdit. Chrysostronus quoque id ardentissimæ illius fidei tribuit; maioremque hanc indicat quam istorum qui per rectum immiserunt ægrotum, quia enim non dubitabat uel solo uerbo domini iacentem excitari posse, idcirco minime deportandum putauit. In eadem sententia est & Origenes, uelut præsentem centurioni sic dicens: Quare huc non attulisti eum, sicut illi illum paralyticum in lecto portauerunt? Ideo ait, quia non opus est ostendere illi omnia uidenti. Non opus est in conspectu eius adferre, cuius potentia non terminatur, nec includitur, neque excluditur. Ad alteram hanc dubitationem non paulo facilius est responsio. partim enim id ex humilitate factum est, ita ut puderet illum quicquam à domino petere: partim etiam ex ingenti fiducia in misericordiam CHRISTI. satis enim esse putabat, si domino miseriam declararet & egestatem pueri, cui ille tunc facile misereret: partim quoque ex modestia & uerecundia, liberrimum sic relinquendo uoluntati diuinæ, conduce-ret ne salubritas illa puero suo an obesser. Absolute igitur & simpliciter dixit, Puer meus domi iacet paralyticus, & male torquetur. Iterum itaque Origenes ad centurionem sic loquitur: Quid uis? quid cupis? quid desideras? Non multa loquor, ait, quia ad omnia cognoscētem

Marc. 2.

Chrysostr.

Origenes

Origenes

**Johan. 4.** loquor. Nō sum uerbosior, scio enim quia ad omnia pro-  
 scientem respondeo. Et sic ex immensa fidei suæ magni-  
 tudine non dixit, sicut iste regulus, Domine, descende &  
 sana eum. nōrat enim hic & credebatur, quod etiam ille ex-  
 istens in omni loco præsens esset, quodq; & sapiēs ad in-  
 telligendum, potens ad operandum, & ad exaudiendum  
 esset misericors. Hinc factum est, ut tantum miseriam  
 pueri sui domino referret & ægritudinem grauem, re-  
 media interim sanitatis libera reliquit omnipotenti illi  
 us misericordiæ.

4. ¶ Nunc tandem petitioni centurionis respōdet do-  
 minus, dicens: Ego ueniam & curabo eum. O promissi-  
 onem benignissimam, o responsum pium & propitium,  
 quo ille non sanare tantum puerum, sed ad eūdem in do-  
 mum uenire pollicetur. Videbat enim ille qui omnia  
 uidet, quemq; nihil omnino latet, ipsum cor cēturionis,  
 sicut supra commemorauimus, & illi super hoc respon-  
 dit, ita ut pia sua merebatur petitio, clementissime, re-  
 sponditq; hoc in propria persona Christus centurioni.  
**Origenes** Vbi cogitare q̄s posset, quod & Origenes fecit, hocq; mo-  
 do ad Christum uel tacitus saltem dicere, Quomodo do-  
 mine promittis aduentum tuum huic? nec petit, nec qua-  
 rit, sciens q̄ non acceptabile sit ei, ut uenias in domum  
 eius, propter quod omnino hoc proferes. Respōdet Chry-  
**Chrysost.** sostomus id ita factū, ut quanta sit centurionis fides peti-  
 discamus. nisi enim ita fecisset, sed ilico puerum sanasset,  
 syncera illius feruensq; fides ignota nobis fuisset, quam  
 utiq; sic manifestandam præsciebat Christus, si ipse plus  
 centurioni promitteret, quā petiisset. Sicut & fidem mu-  
**Matt. 15.** lieris Chananeæ comprobauit, dum non statim preces il-  
 lius exaudiuit, quas si exaudisset subito, nihil nobis de pe-  
 feueranti ista & constantissima mulieris fide constaret.  
 Est igit ille sapientissimus omniū medicus, quem non la-  
 tebat, sua hac tam prompta ad ueniendum medicandūq;  
 exhibitione, fidem centurionis manifestandam, sicut illa  
 sua in sanando mora, mulieris q̄q; fidutiam itidem omni-  
**Origenes** bus esse publicandam. Origenes hic inducit pulchre &  
**Gene. 22.** suo more luculenter, quoniam sicut deus tentauit Abra-  
 am, nō quod illius fidem ignoraret, sed ut hoc ipso illius

exemplo omnes homines discerent constantem & perseuerantem habere in deum fidutiam in omnibus tentationibus: sicut etiam deinceps tentauit Iob, & probauit illius constantiam, non iam ante ignarus eiusdem, sed ut nos ex illo doceremur spem firmam & fidem habere inconcussam in deum: ad eundem iam hic quoque modum Christus nos scire uoluit, quantus fidei thesaurus in istius centurionis corde latitaret.

¶ Aliud quoque hic nos docere Christus uoluit, dum uero a deo ad puerum centurionis huius se uenturum promittit, qui alibi ad reguli filium rogatus etiam uentre recusauit. Ut discerent hinc cum omnes Christiani, tum uero praecipue, quorum curae commissi sunt aegroti, siue religiosi sint isti, siue mundani, non grauatim nec moleste aegros & pauperes inuisere, propter deum. Sumant hinc sibi & medici documentum, sequanturque principem illum medicorum, & cum ipso properent ad pauperes. Verum quod iam fides, pietas, dilectio, caeteraque Christianorum iura deuenere? Ad diuites curritur ab omnibus, nec iussis nec uenire rogaris. nec est eius rei modus, ingerunt se omnes & intrudunt ad fastidium usque, pauper interim solus iacet, destitutus omni ope medicorum, quos non ita uideas mihi ad pauperem festinare uel etiam rogatos. Aut certe si quando eorum aliquis, uilissimus etiam & caeteris contemptus omnibus aduenit, opus utique foret, uel mercedem ante exoluere, uel certe cum eo de illa pacisci, inquit Hugo. Sed quod iam, fratres charissimi, tam propitio Christi responso subiunxisse putatis centurionem? illud nimirum uerbum Christianis notabile omnibus, omni quoque momento ab ipsis dicendum aut certe cogitandum, ut & qui sint ipsi, & quam pium clementissimumque habeant deum, semper cogitent: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabit puer meus. Audiamus, inquit Chrysostomus, audiamus quicumque uolumus Christum suscipere, audiamus centurionem & imitemur, audiamus simili studio & Iesum recipiamus, dicentes: Non sum dignus. Quasi diceret, magnam hoc modo suam fidem proferens, Domine, terruisti me hoc promisso, conturbasti me hoc dicto, interfecisti fortitudinem ani

Job. 2.

Johan. 4.

Medici.

Chrysost.

Origenes

mae meae in hoc uerbo. Non sum dignus aspectu, nō sum dignus approbatione, nō sum dignus accessu uel introitu tuo. domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Moyses ille magnus & tuus confabulator, ille mirabilis enarrator operum tuorum, ille fidelis in tora domo tua, nimium se humiliavit. Quanto magis ego alienigena, gentilis, miles, gladio accinctus, sanguinem fundens, ad praelium exiens? Sed tantum ueni uerbo, uerbum tuū opus consummatū est. Indignus ego sum tuo ad me ingressu, quamuis illo puer meus multum esset indigus. corpore igitur absente, ostende tamē quod presente spū uno etiam potes perficere uerbo. Obseruandum hic quoque est, rectius multo sensisse ceterionem, quā quos ille ad Christum miserat Iudaeos, qui dixerant, Dignus est ut hoc ei praestes. ipse uero de se dixit, Domine, non sum dignus, considerans utique in hoc plurimum infinitam illam Christi dignitatem, longēque dignissimam maiestatem, cuius isti obliti fuerant Iudaei, ut iam rectissime hāc apud Christum laudem praeripuerit Iudaeis. Neque immerito puero suo impetrauit ipse sanitatem, sibi uero uitam acquisiuit aeternam hac fiducia tanta, cum crediderit creaturas omnes in caelo & in terra. Anibus & potestati Christi subiectas esse, in unico suo uerbo, siue ad uitā, siue ad mortem, sicut & Iob dixit: Ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt.

Job. 5.

Origenes

¶ Origenes hic pulchrum quiddam & notatu dignissimum docet, more nimirum non suis primum seculis nato, sed ab apostolorum temporibus in hodiernum usque diem deducto, hodieque bonis & pijs omnibus sancte obseruato. Abusus enim istos nouos & impias planeque blasphemias neochristianorum ceremonias, insanissima stupidorum hominum commenta, abhorrere simul & uitare debent omnes Christiani. Verum quō digredimur? Sic inquit Origenes: Intra & nunc dominus sub tectū credentium duplici figura uel more. Nunc enim quando sancti & religiosi & deo acceptabiles ecclesiarum antistites, sub tectū tuū intrant, tunc ibidem dominus per eos ingreditur, & tu sic aestimes tanquam dominum suscipias. Et aliud, quando sanctum sumis cibū, quādo illud incorruptū



accipis edulium, quādo uitæ pane & poculo frueris, quādo manducas & bibis sanguinem domini, tunc dominus sub tectum tuum ingredit. Et tu ergo humilians te ipsum, imitare hunc centurionem, & dicito: Dñe, nō sum dignus ut intres sub tectū meū. Hic adhuc mos celeberrimus apud omnes est catholicos & Christianos per Germaniam & Italiam, imò uniuersum Christianismum, sed & sacerdotes in sancto illo missæ sacrificio uenerabile suscepturi sacramentum, in quibusdam locis etiam ter idē hoc dictitant, pulsantes toties pectora sua.

¶ Ad extremum, centurio uerba sua confirmat argumento (quod proprie non est simile, sed tantum argumentum à minori ad maius) à se ipso ducto, dicēs: Et ego hō sum sub potestate cōstitutus, habēs sub me milites, & dico huic, uade, & uadit &c. Volens per hoc dicere: Cum & ego alijs subiectus hominibus, meis imperem seruis, qui mihi in substantia cum sint æquales, obediunt tamen: quanto magis tibi ministri tui angeli sancti, omnesq; creaturæ parebunt? quia superiorem te nullum habes, dominus es dominantium. De hoc centurione Hieronymus hic dicit: Christum, quia tam cito aduentum illi pollicitus est, uidisse centurionis fidem, humilitatem & prudentiam: fidem quidem, eo quod credidit ex gentibus paralyticum posse sanari à saluatore: humilitatem uero, quod se iudicauit indignū cuius tectum dominus intraret: & prudentiam quoq; quod intra corporis tegmen diuinitatem latentem uideret. Et omnia hæc ex rationabili causa, quia si ipse per seruos suos quiduis facere posset, quanto magis Christus non sola tantum corporali sua præsentia operaretur, uerum etiam per administratorios illos suos spiritus angelos? Deus igitur nobis quoq; sicut huic centurioni largiatur misericorditer, & tribuat fidem, humilitatem & prudentiam, quarum uirtutum comitatu ex hac uita in illam commigremus æternam, Amen.

HOMILIA QUARTA SVPER  
euangelio dominicæ tertiæ post  
Epiphaniã domini.

**A**vdita iam magnifica illa centurionis tum fide, tum humilitate & prudentia, uehementer admiratus est Christus, & sequentibus se dixit: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Ecce & admirationem hic Christi uides, & commendationem audis centurionis: atq; de illa quidem satis clarus textus est, admiratū esse Christum, quod fore Isaias etiā prædixerat: Mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū uenerit tibi, Quō autem in Christum cadat admiratio, captum forte uulgi excedit. Christus enim, quia præsciuit omnia antequam fierent, quomodo admirari potuit super eo quod ante sic nouerat futurum? Nōris igitur, q̄ Christus in se, secundum naturam diuinam habeat & scientiam diuinam, eamq; ab æterno sibi cum patre & spiritu sancto communem. siq̄dem una trium personarū scientia est, sicut de sapientia dei inquit Sapiēs, Scit illa omnia & intelligit. Secundum hanc igitur scientiam non admiratur Christus. Verum alia adhuc in illo est animę ipsius a suæ creatōnis initio infusa, qua etiā non miratur. Postremo est in eo scientia seu notitia quædam experiētia, qua quæ antea nouerat, expertus etiam est denuo, quāuis alio modo, & sic admiratus est, non tamen cum quodam animi horrore, sicut nos admirandū exhorrescimus uerum omnis illa in Christo admiratio, exhibitio tantum fuit, qua ille hominibus se exhibuit, & quid fecerit manifestauit, quod solent admirantes.

Isaię. 60.

Sapien. 9

¶ Quod uero secundo loco proposuimus de laude centurionis, uidetur non paulo esse difficilius: quoniam si eā iuxta nudam intelligere uoluerimus literam, fieri nō poterit, quin impiam istam incidamus blasphemiam: in cuius adhuc sordidissimo luto uolui ac reuolui uidem<sup>9</sup> portum, nescio dicam immundiozem, an lupum capaciozem Lutherum, usq; adeo insanientem & delirantem, ut contendat centurioni huic maiorem fuisse fidem, prædicante adhuc Christo, quā uel in Maria uel apostolis fuit. Neq; uero iste hac sola contentus est insania, insuper q̄q; furit canis rabidus contra dignissimam & sanctissimā uirginem Mariam, dicens: q̄ quamuis Christus matri suæ

multum tribuerit fidei, cum & conciperet & pareret illum, postea tamen non item, aut certe tantum fidei illi rarissime dederit, quin potius eam ipsam, quæ modica in illa fuerit nonnunquam fides, labascere interdum permiserit. Ad has impias & maledictas uirginis matris blasphemias, uelut deceptrices Sirenes, quilibet Christianus præternauigans utranque cum Ulyssæ obstruat autem, fugiat hinc procul, & cum angelo Mariam benedicente inclamitet: *Aue gratia plena, dominus tecum.* Et cum Elizabeth benedictam ipsam prædicet in omnibus, eo quod fructus uentris illius quoque sit benedictus. Sed & nos quoque omnes errores istarum blasphemiarum aliquando refutabimus, opitulante deo, totius postillæ Lutheranae.

¶ Quantum uero in præsentiarum opus est dicere, respondeo nunc, uerba hæc Christi esse utique uerissima, uerum hoc tamē addidero, non esse in illis crudum istum intellectum considerandum, more Iudæorum, sed uiuum illum spiritum. litera enim ista iuxta Paulum, occidit, spiritus autem est qui uiuificat. Ex multis igitur modis, quibus sancti patres uerba hæc bene & uere exposuerunt, aliquot nunc liber recensere. Et primum quidem beatus Hieronymus ait: Christum, quando dixit se fidem tantam non inuenisse in Israel, locutum de præsentibus, non de omnibus retro patriarchis & prophetis. Vbi uide quod notanter ait Hieronymus, eum hoc non dixisse de omnibus patriarchis & prophetis, quasi illorum nemo fidem tantam habuisset. multo igitur minus centurio dicendus est habuisse fidem tantam, quanta in apostolis fuit, Iohanne Baptista aut Maria.

2. ¶ Dat ille tamen adhuc intellectum, quo centurionis fides commēdatur ultra fidem omnium retro patriarcharum & prophetarum, ita nimirum, si per fidem centurionis gentium fidem intelligas, quæ sane maior est multo, quam eorum qui ex Iudaismo ad fidem Christi conuersi sunt. Omnium enim qui baptizati sunt Iudæorum, quam exiguus fuerit numerus, si conferas cum illis qui de gentilitate conuersi sunt in omnibus regionibus, India, Græcia, Aegypto, Asia, Aphrica, quæ tamen nunc, proh dolor, cum adiacentibus quoque Christianorum prouin-

2. Cor. 3.

Hierony.

Iudei  
pauci, ex  
gentibus  
plurimi ad  
Christum  
conuerſi.

**Hierony.**

cij & urbibus per Turcas sunt à Christi fide & religione auersæ. Cum terram promissionis ad spatium uix trium dierum secundum longitudinem referat Hieronymus, idēq; inquit, latitudinē terræ eius pudet dicere, ne Ethnicis occasionem blasphemandi dedisse uideamur. Et hūc equidem uerum putārim uerborum Christi sensum esse

**Augustin.**

& intellectum. quando enim iuxta Augustini regulā in libro de doctrina Christiana traditā, scripturas iuxta uerborū tam antecedentium q̄ sequentiū significationē nos decet explicare: & Christus hic quoq; statim subiungit de gentium conuersione, non ex arcto & angusto tantū Iudææ angulo, sed ab ortu & occasu solis, hoc est, ex uniuerso mūdo. Sequitur hinc necessario, locutum esse hic Christum de fide, quo ad multitudinem credentium, extensiuē, non intensiuē. Et quia uelut prīmitiæ credentium ex gentibus fuit hic centurio, cæteros quoq; credituros oēs solus ipse significauit, quod egregie declarāt Chryso-  
**mus & Origenes.** Nec obstat quod prius ad Christū tres Magi uenerunt. nam illi nec de prædicatione, neq; miraculis Christi cognouerunt ququam. Omnis autem undiq; plena est scriptura de uocatione gentiū, & eorū q̄ conuertentur, ingenti multitudine & uicissim, quamuis p̄ se exiguus esset Iudæorū populus in parua prouinciola conclusus, q̄ paucissimi tamen ex ijs quoq; ad dñm conuertēdi, & ad uiam essent peruenturi salutis.

**Chryso-  
stomus  
& Origenes**

3. ¶ Quia igitur uocationem gentium hic Christus cōmemorat secundum multitudinem, & locus hic (quē misere adeo blasphemus iste Lutherus dilaniat) in hoc uocatur, q̄ quidem ad nostram hanc susceptam pertinet enarrationem, ut omnes nos, quotquot ex gentibus ad Christi agnitionē uenimus, optimo maximo deo eo maiores gratias agamus, & illam benignissimam uocationē dei firmiter & cōstantissime teneamus, nullatenus ab eadem deficientes per quascunq; prauas & hereticas doctrinas. Cum enim nasceretur Christ⁹, & deinde Iudæis prædicaret in Ierusalem, maiores nostri omnes in ijs alijsq; regionibus gentiles fuerunt & idololatræ. Vos igitur ut uocationem uestram agnoscat, & pro ea deo grati sitis, audite mihi de eadē uaticinantes prophetas, Primus igitur

3. ¶ Quia igitur uocationem gentium hic Christus cōmemorat secundum multitudinem, & locus hic (quē misere adeo blasphemus iste Lutherus dilaniat) in hoc uocatur, q̄ quidem ad nostram hanc susceptam pertinet enarrationem, ut omnes nos, quotquot ex gentibus ad Christi agnitionē uenimus, optimo maximo deo eo maiores gratias agamus, & illam benignissimam uocationē dei firmiter & cōstantissime teneamus, nullatenus ab eadem deficientes per quascunq; prauas & hereticas doctrinas. Cum enim nasceretur Christ⁹, & deinde Iudæis prædicaret in Ierusalem, maiores nostri omnes in ijs alijsq; regionibus gentiles fuerunt & idololatræ. Vos igitur ut uocationem uestram agnoscat, & pro ea deo grati sitis, audite mihi de eadē uaticinantes prophetas, Primus igitur

in hoc procedat euāgelicus propheta Isaias, & dicat: Erit  
 in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in  
 uertice montium, & eleuabitur super colles, et fluent ad  
 eum omnes gentes, & ibunt populi multi, scilicet per fi-  
 dem. Et infra: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes  
 fines terræ, quia mihi curuabit omne genu, & iurabit ois  
 lingua. Et iteꝛ alibi: Dedi, inquit pater ad Christum, te  
 in lucem gentiũ, ut sis salus mea usq; ad extremum ter-  
 ræ. Infra quoq; Annunciabunt (apostoli nimis) gloriã  
 meam gentibus. Et supra adhuc: Mittam ex eis qui salua-  
 ti fuerint, ad gentes, in mare, in Aphricam & Lydiam te-  
 nentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe.  
 Sed iam nũc tu q; sancte Ieremia p̄di, & da testimoniũ  
 gentibus ad Christũ conuersis: Benedicent dñm omnes  
 gentes, & laudabunt eũ. Accedat ijs diuinus ille Psaltes,  
 & optet uotum istud perpetuum: Confiteant tibi popu-  
 li deus, confiteant tibi populi omnes, lætent & exultent  
 gentes, qm̄ iudicas populos in æquitate. A solis ortu usq;  
 ad occasum laudabile nomẽ dñi. Ver; huiusmodi locis to-  
 tũ undiq; abundat. Alteriũ. siqdem & gentes hæredita-  
 tem suam dedit Christo pater ætern⁹, & possessionẽ suam  
 terminos terræ. Iam uer; tu q; Zacharia uaticinare no-  
 bis & dic: Applicabunt gentes multæ ad dñm in die illa,  
 & erunt mihi in populũ. Quid q; Oseas etiã p̄pheta sup  
 hac re appellatus, in persona dñi subito nobis responde-  
 bit & dicet: Seminabo mihi in terrã, & miserabor eius q̄  
 fuit absq; misericordia. Et dicã non populo meo, popu-  
 lus meus es tu. Sed nos dum uocationi gentiũ nimis intẽ-  
 ti sumus, penẽ Iudæor; repulsam negligimus. de utraq;  
 igit propheta; ultimũ Malachiam audiamus, sic dicen-  
 tẽ: Non est mihi uoluntas in uobis (Iudæis) dicit domin⁹  
 exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra. ab  
 ortu em̄ solis usq; ad occasum magnũ est nomẽ meum in  
 gentibus, & in omni loco sacrificat, offert nomini meo  
 oblatio mũda, q̄a magnũ nomen meũ in gentibus. Ecce  
 q̄ aperte hic propheta expressit Iudæorum repulsam, de-  
 inde sacrificior; quoq; ipsoꝝ contemptũ apud deũ, mox  
 fidei amplitudinem ex gentibus latissimã, postremo sa-  
 crificium nouum & mundum, quod offertur in omni lo-

Isaię. 2.

Isaię. 45.

Isaię. 49.

Isaię. vlti.

Isaię. 66.

Jere. 4.

Psalim. 66.

Psalim. 112.

Psalim. 2.

Zach. 2.

Oseę. 2.

Malach. 3.

co, illud nimirum sacratissimum corpus Christi, quod in sacrificio Missæ offertur deo patri. Vbi corruunt oēs Iudæi uelut attoniti cum suis sacrificiis uniuersis. Tacet hic quoque confusi, quotquot sunt hæretici & blasphemii, qui sacrosancto Missæ reluctantur officio. Sequitur hinc, Christum, quando de ceterone dixit, tantam se fidem in Israel non inuenisse, locutum esse de toto Christianismo ex gentibus, quæ iste ceterone designabat. Nec est quod mirum hoc reputes in uno homine tantam figurari multitudinē, cum consideras deum dixisse Rebeccæ grauidæ & adhuc in utero suo portanti gemellos, Esau & Iacob. Duæ gētes sunt in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidētur. Qui tamē populi seu gētes, infantuli duo tantum erant, sed ij populos duos significabant. Cum igitur ex locis iam citatis constet immēsa illa catholicæ ecclesiæ magnitudo, Iudæorum synagogam multis modis excellēs, adeo ut id Christus hic quoque nō celaret, quorsum attrinet hæreticos nostrates ecclesiam conari in tantas restringere angustias, ut suis tantum contineatur conciliabulis? Si enim penes Boëmos tantum est ecclesia, erit illa sane non paulo etiam angustior quàm synagoga, præferim cum Boëmorum etiā plebs cū catholica Christianorum cōsentiant ecclesia. Rursus, si malignantium istorum tantum est Lutheranorum ecclesia, iterum eā multum superabit synagoga. Sed et si apud Zuinglianos tantum consistit ecclesia, deum immortalē, quanto erit quàm synagoga inferior & angustior? Quid igitur restat, quàm si tam uera essent impia istorum dogmata, quàm sunt omninō falsissima, falsum hic esse Christum, quod tamē procul absit uel dicere uel cogitare quæquam? Quin potius tantam admiremur ecclesiæ magnitudinē, tantam Christianismi fidē suspiciamus, quanta in Israel inuēta non est, nec in synagoga ista. Et affirmatissime credamus omnes hæreticos errare, cum angustis & angularibus ecclesijs. Ex superabundante (quod aiunt) adhuc plures hic liber adducere sanctorum patrum expositiones, ut omnino causari nemo quicquam possit, unde in abominations Lutheranas incidat, & sanctissimæ uirginis calumniam. Et Origenes quidem per Israel nō an-

Gene. 25.

Origenes

riquos intelligit patriarchas & prophetas, neq; eos qui iam Christiani facti erant Iudæi, & sese ad ecclesiam contulerant: sed eos tantum, qui dei filium non inuocabant, non agnoscebant, nō adorabant, illum nimirum Israelē, de quo Isaias propheta inquit: Israel me nō cognouit, & populus meus non intellexit. Isti etiam Israelitę Christū peccatorem, Samaritanū, & qui dæmonium haberet calumniati sunt. in hoc nempe Israele tantam Christus fidem non inuenit. Neq; hæc sententia multum discedit ab explicacione Hieronymiana.

Veruntamen si illud ad omnes Iudæos, etiā credentes referre contendas, tamē hinc quoq; non impia ista sequetur Lutheri blasphemia. nam & tunc quoq; sensum hunc retinebit. siquidem illud testimonium Christi, etiam iuxta Chrysostrum sic intelligendum est, q̄ unumquodq; bonum hominis secundum qualitatem personæ illius laudatur. Rusticum em̄ dicere aliquid sapienter, magnū est, q̄d de philosopho non est mirum. sic & de centurione dictum est, in nullo tantam fidem inueni in Israel. Namq; & Iudæi cum lege habuerint & prophetas atq; sacrificia, & id genus alia multa, quibus ad credendum inducerentur, quid mirum si crediderint facile: uerum iste alienigena ignarus legis, prophetarū, omniumq; promissionum dei, credebatur tamē, & sic fides illius maior extitit, nō in se proprie & sua essentia, sed ex cōparationibus & collocationibus iam dictis. Probat hoc ille exemplis, Andreas credidit in Christum cum iam audisset Iohannē dicentem, Ecce agnus dei. Credidit & Petrus, sed audito prius Andrea, qui dicebat, Inuenimus Messia. Philippus ut crederet facilius, scripturas hinc inde euoluit, quia sic de eo scriptum est, Quem Moyses uenturum scripsit in lege & prophetis, hunc inuenimus. Credidit Nathanael quoque, uerum ante & audito Philippo, & uisis miraculis. Vides nunc quā impar & ex omni parte inæquale fuerit istud, gentilem credere in Christum, & Iudæum. Origenes quoq; exempla adhuc adfert propinquiora, dicēs: Ut maxime centurio hic fidem non habuerit maiorem in essentia, uel eo tamen maior dicitur, q̄ ipse facile adeo & tam celeriter credidit. Iairus enim princeps Israel, pro filia sua

Isaię. 1.

Johan. 8.

Chrysostr.

Regula.

Johan. 1.

Origenes

- petens nō dixit, Dic uerbo, sed Veni, ait, uelociter anteq̄ moriatur filia mea, Nicodemus doctor Israel, de fidei sacramento audiēs, ait: Quō potest hoc fieri? Maria & Martha dñm tamē nimīū diligētes, dicunt: Dñe, si fuisses hic, nō esset mortuus frater meus, tanq̄ dubitātes q̄ ubiq̄ uelox nō posset adesse illius potentia. Et sic merito centurionē hūc & primitias gentiū appellamus, & præ trib⁹ magis cōmendamus: qm̄ cū ille nec legē legisset, nec pphetiam aliquam audisset, ad credendū tamē facilimus fuit.
- Johan. xi.** isti uero quid mirē si ad dñm tam longo uenerunt itinere, quos & prophetia docuit Balaā, & stella noua duxit.
- Num. 24.** ¶ Iam igitur hic Christus quoq̄ declarat, quō & gentiles suscepturi essent fidē uerā, & Iudæi repulsam passuri, dicens: Dico uobis, q̄ multi ab oriente & occidēte uenient, & recumbent cū Abraā, Isaac & Iacob in regno caelorum. Tres illos exprimit, qm̄ in ijs perfecte omnis facta est pmissio, & in Abraā quidē huiusmodi: In semine tuo benedicent omnes gētes. In Isaac autē separatio Iacob ab Esau implera est, & in Iacob plena facta benedictio est eorum omnium, quæ ad promissionē p̄tinebant. Filij autē regni, Iudæi nimirū, qui in Christū credere renuebant, eiectione sunt in tenebras exteriores, sicut p̄dixerat Dauid:
- Sene. 17.** Secundū multitudinē impietatū eorū expelle eos, qm̄ irritauerunt te dñe. Et Ieremias similiter: Vos estis onus, **Malach. 1.** proiciā q̄ppe uos, dicit dñs, & propheta & sacerdos & populus. Nam quicquid Iudæorū integrū erat, & boni odoris, illud ad Christū conuersum est: cū interim feces & quæ in imo remāsere sordes, cōuersæ non sint, iuxta Isaiā, sed perierint, ideoq̄ & eiciunt in tenebras exteriores p̄petuo dānatę. sed de ijs supra in Iudæorū repulsa satis dictū ē.
- Psalm. 5.** ¶ Ad finē euangelij, dicit dominus centurionj: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi, hoc est, sicut credidisti posse me **Jere. 23.** absentē etiā corpore sanare puerū tuū, ita fiat hoc. Hinc discite cuiq̄ hoī ita euenturū, ut ipse fide per dilectionem operante, benigna & deiformi crediderit, quæ sane mensura est, qua omnia infutura uita mensurabunt. siquidē **Isai. 49.** secundum Origenē, nihil in conspectu dei mirabile est, nihil magnum, nihil preciosum, nisi tantū fides. Credidit em̄ centurio posse Christū omnia, credidit dominū cum
- Gala. 5.**
- Origenes**



esse rerum omnium, unde & meruit, ut quod petierat im-  
pleretur. Credamus igitur & nos dilectissimi in Christū  
Iesum, credamus eum omnia posse, esse q̄q; in omni loco  
præsentem, credamus & daturum illum nobis peccatorū  
remissionem, dummodo præcepta sua seruauerim⁹, & sic  
quilibet nostrum cum hoc centurione mereat audire: Va-  
de, & sicut credidisti fiat tibi. Id adeo nobis, qui uelle &  
operari tribuit, concedere dignet Iesus Christus, qui cum  
deo patre in unitate spiritus sancti uiuit & regnat in se-  
cula seculorum, Amen.

HOMILIA V. ET VLTIMA DO-  
minicæ tertiæ ab Epiphania domini.

MILITES NEC DAMNATOS

omnes, nec Cainis esse filios, & quales eosdē  
esse oporteat. Neminē cōcutiatis,  
neq; Calūniam faciatis, &  
cōtenti estote stipēdijs  
uestris. Lucæ. 3.

**C**um nuper ut soleo, euoluerem neochristianorum  
libellos quosdam, incidi in nescio qualē, rancidum  
certe & ineptum cuiusdam Iohannis Hausschein,  
qui se nominat Oecolampadium, libellū profugi isti⁹ ex  
diui Altonis monasterio, insigni Bauariæ cœnobio, ordi- Oecolam  
nis sancti Brigittæ (quid expectatis fratres charissimi? an padius.  
ut dicā sancti & religiosi monachi?) apostatæ, is inter cæ-  
tera in sermonibus suis super epistolam Iohannis euan-  
gelistæ diabolicam asserit esse doctrinā, qua docet iustum  
esse inter Christianos quoq; bella geri, quoniā nostrates  
qui in bella proficiscuntur milites, ueri Cainitæ sint, ut  
quibus merito dici possit illud quoq;, Manus uestre ple-  
næ sanguine sunt, maledicti Cain filij estis. Et quis nouū  
istud dogma cōfutare non perinde esset necessarium, siq-  
dem hæresis est Faustī, iam olim condemnata tēporibus Faufus.

Augustin

Augustini, & quæcunq; semel reiecta est hæresis, à nemine debet Christiano uel iam sopita resuscitari, uel per quæcunq; resuscitata recipi. sed & si quis temere, sicut nunc Oecolampadius fecit, id ipsum reuouare præsumpserit, magistratum fuerit istud, non tantum non admittere, sed quemcunq; etiã ea cõfidentia præditum corripere, sicut & ciuilia & canonica iura districte imperant, 24. q. 1. Acharius & c. maiores, & l. nemo. C. de su. tr. 1. & fid. cath. Fugitiuus igitur iste monachus, & temere & impie milites omnes diabolo uult tribuere & filios Cain facere. Attamẽ cum eiusmodi pleriq; sint milites, ut in plurima peccata leuiter incidant, ut habeant adhuc qui pijs sunt & integri (cuiusmodi plerosq; adhuc ex nobilibus & uulgo reliq; esse crediderim) milites, unde conscientiam animumq; suum erga deum probe institutum habeãt, & quod malum est declinantes, bonum faciant. Est enim utiq; miles, sicut alius ex ijs, qui manu operantur, & militi merx sua militia est: atq; ut negocia, artificia reliqua ac mercimonia bene malẽq; uti contingit, ita ambiguus quoq; mars, & dubia militiæ alea est. In ista quoq; errãtis nauis diu fuit Lutherus, iniquum sentiens bella gerere aduersus Christianos, simul & Turcas. Verum Lutra ista suo quodam more polypum agens & simulans, cum iam tumultuosus & uenenatis suis libellis aliquot miserum rusticorum uulgus concitasset ad arma, uersa demum tuba, pro receptu cecinit classicum, & incepit adulari ac assentiri principibus, & indulgentias in hoc elargitus omnibus nobilibus, ut trucidarent, mactarent, lanarent. Vsq; adeo & inconstantes sunt, & à seipsis dissentiunt, modo calidum estantes, modo ex eodem ore frigidum, omnes isti nouelli seductores nouorum dogmatum & sectarum autores. Quade re aliãs plura. Agens igitur & suo more grauitè disputans contra Faustum beatus Augustinus, huius utitur euangelij testimonio, pro bonis militibus hunc quoq; inducens centurionem, qui & sub se seruos habuit, ipse quoque sub alterius, scilicet imperatoris, cõstitutus imperio. Et eius fidem laudauit hic Christus, non iussit ut porro à militari sibi temperaret officio. Adfert in sua causæ defensionem Augustinus quoq; responsum illud Iohãnis,

Luthe. ar.  
fl. 34.Lib. 22. ca.  
71.

qui baptizandis à se militibus, & qd facerēt interrogātib<sup>9</sup> dixit: Neminē concutiatis, neq; calumniam faciatis, quæ sanè uerba fuerunt, unde præsens hic noster currere cœpit sermo, in quo anteq̃ p̃grediamur, impetraturi ex deo gratiam, ipsam salutemus gratiæ & misericordiæ parentem uirginem Mariam, dicentes: Aue gratta plena.

¶ Principio hic profitemur nos, non omnē illam materiam quæ de militia & bello suscipitur, quæq; ad conscientias pertinet in ea re saluandas, nūc pertractaturos. siquidem illud uix iusto opere & uolumine integro absolui posset. sed ea tantum, quæ in hoc negotio summa & maxime generalia sunt capita, & id quoq; breuiter enarraturos. Et primum quidem, quando in hoc multum est, circa bellum libere susceptū, an ille à cuius partibus ster miles, iustā habet belli causam, tria hic statuo quæ ad bellum iustum & æquum pertinent: Quorum primum ipsa est autoritas, ut nimirum magistratus & ipsi militum in hoc cōsentiant principes, ita Augustinus contra Faustū, Ordo, inquit, ille naturalis mortalium paci adcommo-  
Lib. 22. ca  
75.

tus, hoc poscit, ut suscipiendi belli autoritas atq; consillū penes principes sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutiq; communi. Et id quidē adeo, ut idem dicat, uirum istum, si forte sub rege, homine etiam sacrilego militet, recte posse illo iubente bellare, in hoc ut ciuicæ pacis ordinem seruet, cui tamen quod  
83. q. 1.  
quid culpatur.

iubetur uel non esse contra dei præceptum, certū est, uel utrum sit, certum non est.

¶ Hinc iam doctores concludunt, & uelut uno ore colligunt, q̃ quilibet subditus in ministerio domini sui constitutus, sine peccato licite possit ex heri sui præcepto militare, nisi & aperte & euidenter omnino sciat, iniquam esse eius, cuius partibus fauet, causam, quod tamē leuiter suspicari non debet, sed perpetuo domini seu principis sui legitimam credere debet causam. Sequitur quàm graui semet sarcina oneret, qui bellum suscipit iniustum. q̃ quid enim hic in eo malorum geritur, in ipsius cumulatim congeritur animam: ibi etiam grauissime peccat ille, cum interim, qui ex obedientia subditus quisq; bonus simul in illam militiam progreditur, nihil peccet. Hunc  
Rom. 13.  
Roma. 13.

enim sua excusat obedientia, quam magistratui suo exire diuino & humano debet.

¶ Præterea & illud ex eodem consequitur, eos qui undecunq; ex omnibus regionibus adcurrunt, illoriscq; manibus & pedibus irrumpunt ad bella, sine omni data sibi à magistratibus suis facultate, hoc pacto minime excusari: sicut tamen subditi regis Franciæ, ex mandato & imperio regio bella gerentes contra imperatorem Romanorum, nõ peccant. Sed qui ultro approperant ad Gallorum regem, eius partes contra Imperatorem nostrum defendentes, contra huius q; edicta, & peccant grauiter & peccati huius ex deo iustissimo ultore pœnam expectent. In legibus quoq; cautum est, ne quis bellum suscipiat, nisi uenia imperatoris ita em habet l. unica C. uti arm. usus inscio principe interd. sit: Nulli prorsus nobis inscijs atq; incõsultis quorumlibet armosq; mouendorum copia tribuat. Quæ tamen in bello intelligenda sunt offensiuo, nõ defensiuo. nam qui se defendere cogit, iam ex ipsa habet natura sibi cõcessam facultatẽ. unde hoc omnibus in se iura est, quoniam uim ui repellere licet. & sicut pro suis membris & corpore, ita pro bonis etiã se q; defendere põt.

**L. l. C. ut arm. usus l. ii.**

**Augustin. ad Romul. 23. q. 1.**

2. ¶ Ad istud bellum, deinceps causa quoq; rationalis requirit, quam beatus Augustinus sic describit: Iusta bella solent definiri, quæ ulciscuntur iniurias, si gens uel ciuitas plectenda est, quæ uel uindicare neglexerit, quod à suis improbe factum est, uel reddere, quod per iniuriam ablatum est. Si em qui in magistratu sunt cõstituti, malis non punirent, quæ futura esset in rebus humanis totiq; adeo mundo securitas? aut quàm diu quilibet bonus q; suum est tueretur, nisi à malis defenderet? Artibus em bellicis, & libertas conseruatur, & iura dignitatesq; prouinciarum ac urbium, simul & maiestas imperatoria & principum amplitudo retinetur,

3. ¶ Intentio quoq; honesta, bona & laudabilis bellum iustum facit, ne bellum suscipiatur uel ex inuidia, uel odio, uel ulciscendi libidine, uel auaritia & insatiabili prædæ cupiditate, sed amore iustitiæ, & ut malo punito, qd bonum est, pmoueat. Verum hæc q; sancti Augustini sententia est in libro de sermone dñi in morte, ubi ait: Apud ueror

**Augustin.**

est in libro de sermone dñi in morte, ubi ait: Apud ueror

cultores etiā illa bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate gerunt, sed pacis studio, ut boni subleventur & mali coerceant. Sunt igitur hæc tria, quæ ad bellū legitime & iuste suscipiendū pertinet. ihs in bello proclamato nō inuentis, nemo acceleret militū, nemo illi se ingerat aut in eo pugnet.

II. ¶ Est tamē hæc trium istorū differētia, quod ubicunq; uel princeps aliquis uel ciuitas bellū suscipit cōtra illas duas priores cōditiones, quicquid in eo uel rapit, uel quicquid sibi modo uendicat & usurpat, id omne tenetur coram deo restituere, quibus abripuit. abripuit em̄ illud quicquid est contra ius, fas omnesq; leges, uel tantū & uiolentia, cōtra ullam rationabilē causam. & sic lege naturæ, humanæ itidem & diuina, tenetur omne huiusmodi incommodū resarcire. Vides nunc quantū curæ & laboris incūbat ceruicibus principū, qui bella suscipiunt iniqua. profecto etiam quicquid damni pauperibus & miseris ex plebe hominibus per hæc obringit, in ipsos redūdat & in animas eorū. Audi quid dicat deus, Anima quæ peccauerit, & contempto dño negauerit proximo suo depositū, quod fidei eius creditum fuerat, uel uel aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditā inuenit, & inficias insuper perierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, cōuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem uoluit obtinere integra.

¶ Quod si quis uero iusta belli causa habita, in tertio tamen deficiat, neq; intentionē uerā habeat, male quidē in hoc facit & peccat, nō adeo tamē ut teneatur ad restitutionem. Sicut & meretrix impudēs, peccat quidē, omnibus se corpusq; suū prostituens, & de hoc, si saluari uult, penitentiam oportet agat cōtrita. uerū pecuniā ex sordido quaestu congestā, nō est quod amatoribus restituat. Ad eundem em̄ plane modū hic quoq; qui animo nō bono suscipit bellū, peccat, neq; tamē restituere cogit. Miles etiā in bellum currit præceptis avaritiæ studio, peccat, meret ibi stipēdio cōductus, lucrū iure militari facit, & nō tenet reddere, sicut patebit in sequētib; sed de avaritia penitere. III. Absoluimus iā & quæ ad legitimū iustūq; pertinet bellū, & quæ in ihs quicquid discernēdis obseruāda sit ratio,

extra de  
dā. dato.

Leuitic. 6.

reliquum est, ut quæ porro dicturi sumus, huic fundamē  
**Cōclusio.** to superstruamus. Esto itaq; prima conclusio talis. Neq;  
 ordinationi neq; disciplinæ refragatur Christianæ, bel-  
 la gerere. Simul enim stant hæc duo, & Christianum esse  
 bonum & militem. cōclusionem hanc tribus locis ponit  
**Augustin.** beatus Augustinus sup sermonem domini in monte, di-  
 cens: Militare non est delictum, sed propter prædam mi-  
 litare pctm̄ est. Deinde in libro contra Faustum, bonos  
**li. 22. c. 74** etiam militare ex hoc probat, quoniam alioquin Iohan-  
 nes cum ad eum baptizandi milites uenirent, dicentes,  
 & nos quid faciemus? respondisset eis, Arma abiicite, mi-  
 litiam istam deserite, neminem percutite, uulnerate uel  
 prosternite, sed quia sciebat eos cum hæc militando face-  
 rent, non esse homicidas, sed ministros legis, & non ulto-  
 res iniuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores,  
 ideoque usqueadeo militare eis non prohibuit, ut etiam  
 militandi formam præscriberet & legem. Tertio idem  
**Ep. 194** quiens: Noli existimare neminem deo placere posse, qui  
 armis bellicis ministrat. in ijs erat sanctus David, cui do-  
 minus tam magnum perhibuit testimonium. in ijs etiam  
**Psalm. 88.** plurimi illius temporis iusti, in ijs erat sanctus ille centu-  
 rio, qui domino dixit, Non sum dignus &c. Et in alia epi-  
 stola: Vtile, inquit, tibi tuisq; dabo consilium. Arripe ma-  
 nibus arma, oratio aures pulset autoris, quia quando pu-  
 gnatur, deus apertis oculis spectat, & partem quam inspi-  
 cit iustam, ibi dat palmam. Quarto, Christus quoq; iubet  
**Contra** stipendium reddi Cæsari, quod Iohānes dicit sufficere mi-  
**Faustum.** liti. Reddite, inquit, Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ  
**Matt. 22.** dei sunt. ad hoc enim tributa præstantur, ut propter bel-  
 la necessarium militi stipendium præbeatur.

¶ V. Conclusionem hanc euincunt plurimi sancti, qui  
 in bello uersati sunt assiduo, & tamen amici dei fuerunt,  
 ut in ueteri testamento, Abraam, Moyses, Iosue, Samson,  
 Iephte, Gedeon, quos & ipse Paulus in catalogo reponit  
 sanctorum, David quoque & fortissimi illi. Macchabæi.  
 In nouo autem testamento Mauricius cum socijs suis, Ge-  
 reon, Victor, Florentius, qui cum facti sunt Christiani, in  
 pristina militia permanferunt, acceptis etiã ab impio im-

peratore stipendijs. sanctus Achatius, Ofualdus, qui & in bello fortiter occubuit, Carolus magnus, potentissimus fidei Christianæ in plurimis bellis aduersus infideles propugnator, & iustissimus etiã contra Christianos militando imperator. Non est autem quod suspiceris uiros tantos, uitæ sanctimonia tam celebres, tamq̃ & pios & deo charissimos amicos, sese ad militandũ inromisisse, si uel contra deum, uel Christianam fuisset disciplinam, quod nunc neochristiani (ut in omnibus) inepte tumultuatur.

¶ Conclusio secunda. Militare nõ tantum non prohibitum est Christianis, sed & in loco & multis modis bonum, salutare & uitæ æternæ illis meritorium est. Id ita probo, Si uel ciuitas uel princeps aliquis delinquat, unde pax publica offendi, iustitia opprimi & ex simplicibus multi queant offendi, Imperator uero ex potestate sibi data desuper animũ inducat ex præscripto iustitiæ & magistratus sui officio, urbem illam siue principem pœna cõdigna affligere, sint eiusdem quoq̃ animi omnes quos ille in consilijs suis, in aula & comitatu habet, ut punito malo, bonũ promoueat reipublicæ & iustitia regnet. Hoc iam adfectu susceptum bellum præterq̃ p̃æquum est & iustum, plurimum etõ existit meritorium. In hoc em̃ principio qui in potestate est sublimiori constitutus, suo satisfacit officio, & commissæ uoluntati diuinæ, cum non sine causa utiq̃ gladium porret. dei enim minister est in uindictam & pœnam malorum. igitur si malum feceris, time, quia potestati resistens, dei ordinationi resistit. Qd̃ si itaq̃ princeps, ex commissione dei quod suum requirit officium facit, opus utiq̃ facit & meritorium & diuinæ uoluntati conforme, quando sæpenuero inueteratam malitiam nisi bello publico uel sopire uel punire nõ potest. Quid q̃ & malorum supplicium ingens est opus iustitiæ? qd̃ quisquis recte exequitur, dicere potest, Retribu et mihi dñs secundum iustitiam meã. Taceo quod mortis genus & honestissimum & forti uiro dignissimum est, neq̃ minus deo beneplacitum, constanter pro iustitia & ueritate in bello ubi decertaris, etiam mori, ut inquit Sapiens, Pro iustitia agonizare pro aĩa tua, & usq̃ ad mortem certa pro iustitia, & deus e xpugnabit pro te inimi.

Roma. 130

Psal. m. 17.

Eccl. 4.

Jere. 25.

Judith. 8.

e. licet de-  
no. 7 vo.  
red.

Deute. 13.

Psal. 44.

Num. 23

cos tuos. Sed & hæc uoluntas est dei, ut mali supplicio afficerentur, ut tota undiq; plenissima est scriptura. iam enim per prophetam dicit dominus, Impios tradidi gladio. & alibi, Pro scelere suo dati sunt in gladium & in rapinam. Ita meritorium fuit hoc optimis principibus, qui aduersus infideles decertarunt fortissime, ut Gotfridus de Bulion, qui ducatus est iam ecclesiæ Leodiensis, qui terram sanctā bello acquisiuit & in eadem coronatus est. Reges quoq; alij plurimi, Cæsar Conradus, Imperator Fridericus primus, Barbarossa dictus, qui & submersus est. ambo ex ducibus Sueuiæ, reges quoq; Galliarum Ludouicus & Philippus, & Richardus rex Angliæ, sed & papa Innocentius Andrea regi Hungariæ, parenti scilicet Elizabeth, sub pœna tum excōmunicationis, tum regni sui amissionis precepit, ut Hierosolymam abiret, sicut gener suus Ludouicus Hassiæ fecerat, eò profectus ibiq; mortuus, sicut alij plerique principes. Et hæc omnia uerbo dei firmant in Deuteronomio: Si audieris in una urbium tuarum, quam dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes alijs, Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuæ atq; dixerunt, Eamus & seruiamus dijs alienis quos ignoratis, quere sollicitè. & diligenter rei ueritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratā, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in illa sunt usq; ad pecora, quicquam etiā suppellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succedes, ita ut uniuersa cōsumas domino deo tuo, & sit tumulus sempiternus, non ædificabit amplius &c. Quod si nūc in imperio Christiano ciuitas aliqua hoc modo decidat a Christiana disciplina & ordinatiōe, demergaturq; in blasphemias fidei nostræ, Imperator uero siue princeps zelo dei cōmotus, & gladio sup femur suū accinctus, urbem huiusmodi debeller, hac etiam quam hic in lege præscripsit dominus lege, nonne & coronam sibi meruerit in cælo, & maius etiam fecerit deo beneplacitum, quàm Phinees occidendo præfectū exercitus de tribu Simeon, eo quod congressus esset cum muliere infidelis: hoc enim placuit deo, quamuis occisus Zambri esset sacerdos,



ubi deus illi & semini suo pmisit fœdus sacerdotij in sem-  
 piternum. Similiter quoq; cum uiri Benjamin uxore Le-  
 uitæ ita abusi essent inuita, ut ipsa corruens moreretur, *Jud. 19. 27*  
 ad istud tam grande scelus puniendū, egressi sunt omnes  
 filij Israel, & pariter congregati quasi uir unus de Dan us-  
 q; Bersabee, quadringenta millia peditum. & cum tribus  
 Benjamin recusaret uiros Gabaa tradere supplicijs affici-  
 endos, insuperq; contra totum Israel assisteret eis, pugna-  
 runt contra Benjamin & occiderunt uiginti quinque mil-  
 lia uirorum, manifestata etiam ipsis uictoria quam habi-  
 turi essent diuinitus. Eat nunc quisquis uolet, & dubitet  
 illos bene pugnasse atq; meritorie, sine omni peccato, tā-  
 tum ut impunitum scelus tantum non maneret, quod ui-  
 ri Gabaa cum uxore Leuitæ perpetrauerant.

¶ Conclusio tertia. Ex graui causa bella tum gerere tū  
 adiuuare, non licitum est tantum & coram deo meritori-  
 um, sed & in quibusdā casibus bellum intermittere pec-  
 catum est, iniquum atq; pœna dignissimum. Id adeo deo  
 ipse testatur & firmat per Samuelē, sic dicēs ad Saul: Re-  
 censui quæcunq; fecit Amalech Israeli, quō restitit ei in *1. Reg. 19.*  
 uia cum ascenderet de Aegypto, nunc ergo uade & per-  
 cute Amalech, & demere uniuersa eius: nō parcas ei, &  
 non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. Sed interfice à ui-  
 ro usq; ad mulierem, & paruulum atq; lactentem, bouem  
 & ouem, camelum & asinum. Sic bello adoriri cœpit ex  
 præcepto dei Saul Amalechitas & superauit, regemque  
 Agag cepit uiuum, plebem uero & reliquum populum  
 occidit gladio. Verum quia contra præceptum Saul regi  
 pepercerat & pecoribus quæ erant meliora, omnibusque  
 preciosis, non perdendo ea, iratus est dominus Sauli, mi-  
 sitque ad eum Samuelē, qui diceret: Quæ est hæc uox  
 gregum? respondit autem protinus Saul: De Amalech ad-  
 duxerunt ea, pepercit enim populus melioribus ouibus  
 & armentis, ut immolarentur domino deo tuo. Aitq; Sa-  
 muel ad Saul, Misit te dominus & dixit, Vade & interfi-  
 ce peccatores Amalech, & pugnabis contra eos usq; ad in-  
 ternecionē eorū, & tu uersus es ad prædā. pro eo ergo qd  
 abiecasti sermonē domini, abiecit te dominus, ne sis rex.

Ecce quàm grauer peccauit Saul contra dominũ, nõ ea feueritate pugnando contra Amalechitas, qua præceperat dominus. Nec dissimile est qd legimus in conflictu Benadab, regis Syriæ, cui dum totus in bello periisset exercitus, & ipse quoq; in manus uenisset regis Achab, dixit ille: Si adhuc uiuit Benadab, frater meus est. Pepigit igitur ille fœdus, & dimisit eum. Tunc uir quidã de filiis prophetarum uenit ad eum, dicens: Hæc dicit dominus, quia dimisisti uirũ dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Statim post hæc & ipse à Syrijs occisus est. Quid igitur? nonne in simili casu uerum est illud quod dixit Ieremias propheta? Maledictus qui prohibet gladium suũ à sanguine. Quisquis em̃ in magistratu positus est, siue rex, siue princeps, neq; suos tuctur & defendit in necessitate oppressos, cumq; potest non eripit, sed perire sinit, contra illud præceptum dei, Eripite pauperẽ & egenum de manu peccatoris liberate, is & peccare se grauer sciat, & mire deum offendere. Siquidem & Venceslaus rex Boëmiae, perditionis sui regni magna & ingens est causa, quoniam si pugnasset & accinxisset femur suũ gladio, & quod tantum regem decebat, seditiosos gladio conteremisset, nobile illud & eximium regnum non ira deperisset, subditis corpore & anima periclitatis. Ad eundem quoq; modũ peccat subditi, si à magistratibus suis ad bella uocati, in patriæ defensionem & malorum supplicium, pertinaciter recusarent. Constans itaq; & firma est quam statuimus conclusio, interdũ bella sine pctõ interinitti non posse. Sunt uicissim, inquit Augustinus, uitia ista, quibus illud genus hominum plenum est, iure culpanda. Nocendi cupiditas, nocendi crudelitas, implacabilis animus, libido dominandi, amor prædæ, & si qua similia sunt, quæ in bellis iure culpantur. Verum ista in immensum cresceret, extra institutum nostrum dissertatio. Sufficiant igitur hæc, quæ etiam cuiq; pro cõscientia sua saluanda satis facere possunt. Quod si tamen in alijs casibus hæc cuiq; non omnino deseruiant, is alieno urat cõsilio. Nunc oremus deũ pro &c.

3. Reg. 20.

Jer. 48.

Psalm. 81.

Rex Venceslaus.

Augustin.